Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



440

Restater go uti de ipsius indulgentia securi esse possimus. si tamen acceptam indulgentiam non rursus addebitam contrahendare deamus; Ita ergo filii chore fortassis intelligantur illi quibus loquitur esse. Paulus in actibus apostolorum cum intentati facti essent admirabilia adventus spiritus sancti. cum omnes in quos venerat linguis omnibus loquerentur. adnuntiaverunt enim illis xpm eumque tanta potuisse. mittendo spm sanctum illique eum manibus suis ipsi crucifixerunt. cogitantes quam contemptibiles esse cum a beis occidere aut quam altus et excelsus apud dm factus esse quis putasset. ita ut simplere et linguas infantium facere et desertas compunctis cordibus

Audierunt quid faciemus. iste erant nimiae tribulationes quae illos invenerunt; Non enim ipsi invenerunt peccata sua sed inventa in eis sunt cum memoratione apostolorum. ideo inventerunt illos tribulationes non ipsi invenerunt tribulationes. Nam quando sine alicuius admonitione ipse homo considerat factum suum et rogat dm quidem tribulationem et dolorem inveniens et nomen dni invocavi; Alia est ergo tribulatio quam tu invenis alia quae te invenit. in utrumque tamen sive quam tu invenis sive quae te invenit. ille rogandus est. qui est adiutor in tribulationibus; Nam ille cum invenerit hoc dicit et nomen dni invocavi;

Et hi in tribulationibus a quibus se inventos dixerunt. et. hoc dixerunt; Si noster refugium et virtus adiutor in tribulationibus: quae invenerunt nos nimis; Sed quia adiutor factus est. unde factus est; Compuncti corde inquit dixerunt quid faciemus. tam quam magna disperatione illo tantus est. quem occidimus. nos subierimus; Et petrus. agite paenitentiam et baptizetur unusquisque vestrum in nomine dni ihu xpi. et dimittuntur vobis peccata vestra; Nihil enim hoc gravius peccato cogitare potuerunt. quid peccato aegrius; quam medici interfectio quid gravius aegro potest facere quam si medicum suum occidat cum hoc dimittitur quid non dimittatur; A illo ergo vicidium est refugium et virtus acceperunt magnam securitatem baptizetur unusquisque vestrum in nomine dni ihu xpi in illius nomine quem occidistis baptizamini et dimittuntur vobis peccata vestra; medicum vel potius cognovistis. iam securi bibite sanguinem quem fudistis;

Denique accepta tanta securitate quid dicunt; Propterea non timebimus cum conturbabitur terra; paulo ante sollicitati subito securi ex tribulationibus; nimis in magna tranquillitate positi; Dormiebat enim illis xps sicut modo audivimus in evangelio; Imperavit ventis et quieverunt. qm xps in cuius cum corde per fidem est. significatum est. nobis quia eius cor tamquam navis in huius saeculi tempestate turbatur; Qui fidem suam obliviscatur tamquam xpo dormiente turbatur. excitato autem xpo fit tranquillitas; Denique et ipse dns quidam ubi est. fides vestra xps excitatus excitavit fidem utrumque fecumerat in navi fieri et in cordibus eorum; Adiutor enim in tribulationibus; quae invenerunt nos nimis. idcirco ibi tranquillitas magna ut de ipsam tranquillitatem; propterea non timebimus cum conturbabitur terra.